Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Hoc iuratus est pactum iustum
et intempe[ra]ta nocte factus
est reconciliator. Deo dimissum
est peccatum terre tue factum est
diluvium testamenta celi posita sunt
apud illum ne deleri posset diluvio omnis caro. Abraham magnus
pater multitudinis gentium et non
est inventus similis illi in gloria
dum conservaret legem excelsi et
fuit in testamento cum illo. In carne
stare fecit testamentum eius et
est inventus in tentatione fide
lis. Ideo iure iurando dedit illi
fructum in gente sua crescere
illum quasi terre cumulum et ut
exaltet stellas exaltare nomen
eius et hereditare illos a mari
usque ad mare et a flumine usque
ad terminos terre. Et in israel
fecit adhuc nomen propter abraham
patrem ipsius benedictionem omnium
gentium dedit illi et testamen
tum confirmavit super caput Iacob
agnovit eum in benedictionibus
suis et dedit illi hereditatem
et divisit ei partem in tri
bus duodecim et confirmavit illi
homines misericordie in conspectu
omnium in oculis omnis carnis. Di
lectus deo et hominibus cuius
memoria in benedictione est
similem illum fecit in gloria sanctorum
et in timore inimicorum magnificavit eum et in verbis suis
mostra placavit. Glorificavit
eum in conspectu regum et iussit
illi coram populo suo et ostendit
illi gloriam suam. In fide et le
nitate ipsius sanctum fecit illum
et elegit ipsum de omni carne.
Audivit enim eum et vocem ipsius
et induxit illum in nubem et de
dit illi coronam ac preceptum et
legem vite et disciplinam docu
Iacob testamentum et iudicia sua
israel. Exaltavit fecit Aaron fil
ium suum et similem sibi de tribu
levi statuit ei testamentum
eternum et dedit illi sacerdo
tium gentis et beatifi
cavit illum in fide et circumcidit
illum. Dona gloriae et coronavit
illum in nomine virtutis circum
dedit eum et vestivit eum
stolam honoris et honorabilem
fecit illum in virtutibus et
confirmavit illum in gloria
Stola pro auro et hyacintho
purpura opus textile viri super
ventis iudicio et veritate ipsius
Corona aurea opus artificis gemmis
pretiosis figurata in ligatura aurea
et opere lapidario sculpta in me
moriam sedens numeratis tribus israel
Corona aurea super mitram eius
expressa signo sanctitatis Gloria
honoris et opus virtutis deside
rium oculorum ornata sic pulchra
erant ipsum non fuerunt alia usque
ad hodiernum diem induta est
illa alienigena aliquis sed tan
tum filii ipsius soli et nepotes eius